

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

Caput I. Cardinales, atque omnes Ecclesiarum Prælati modestam  
suppellectilem, & mensam habeant: Consanguineos, familiaresque suos  
ex bonis Ecclesiarum non augeant.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](#)

**Sæcul. XVI.**, „& in virtute sanctæ obedientiæ præ-  
A.C. 1563. „cipit, ut velint prædictis Episcopis,  
„Abbatibus, ac Generalibus, & cete-  
„ris Præfectis in superius contentæ Re-  
„formationis executione suum auxilium,  
„& auctoritatem interponere, quoties  
„fuerint requisiti, ut sine ullo impedi-  
„mento præmissa recte exequantur ad  
„laudem Dei omnipotentis.

*Pallav. l. 24.  
c. 5. n. 10.* Non omnes viginti hi duo articuli  
de Regularibus unanimi consensu fuere  
approbati; plures enim sese vigesimo  
primo, qui de Monasteriis in commen-  
dam datis agit, opponebant, cum Prä-  
sulum potissimi peterent, ne circa hanc  
rem ullum novum fieret decretum. Tan-  
dem tamen hoc decretum una cum re-  
liquis fuit receptum, quo perlecto Prä-  
latus, qui rem divinam peragebat, præ-  
legere pergebat cetera decreta, seu ca-  
pita numero viginti, & unum circa Re-  
formationem in generali edita.

### §. LXXIII.

#### *Decretum de Reformatione.*

##### C A P U T I.

*Cardinales, atque omnes Ecclesiarum Prä-  
lati modestam supellecilem, & mensam  
habeant: Consanguineos, familiaresque  
suos ex bonis Ecclesiarum non  
augeant.*

„Optan-

„Optandum est, ut ii, qui Episcopale Secul. XVI.  
 „ministerium suscipiant, quæ suæ A.C. 1563.  
 „sint partes, agnoscant, ac se non ad  
 „propria commoda, non ad divitias,  
 „aut luxum, sed ad labores, & folli- Labb. p. 905.  
 „citudines pro Dei gloria vocatos esse  
 „intelligent; nec enim dubitandum est,  
 „& fideles reliquos ad Religionem, in- Pallav. l. 24.  
 „nocentiamque facilius inflammandos,  
 „si Præpositos suos viderint, non ea,  
 „quæ mundi sunt, sed animarum salu-  
 „tem, ac cælestem patriam cogitantes.  
 „Hæc cum ad restituendam Ecclesiasti-  
 „cam disciplinam præcipua esse sancta  
 „Synodus animadvertat; admonet Epi-  
 „scopos omnes, ut secum ea sæpius  
 „meditantes, factis etiam ipsis, ac vitæ  
 „actionibus, quod est veluti perpetuum  
 „quoddam prædicandi genus, se mu-  
 „neri suo conformes ostendant: in pri-  
 „mis vero ita mores suos omnes com-  
 „ponant, ut reliqui ab eis frugalitatis,  
 „modestiæ, continentiæ, ac, quæ nos  
 „tantopere commendat Deo, sanctæ  
 „humilitatis exempla petere possint:  
 „quapropter exemplo Patrum nostro-  
 „rum in Concilio Carthaginensi, non Conc. Car-  
 „solum jubet, ut Episcopi modesta sup- thag. n. 4.  
 „pelletili, & mensa, ac frugali victu  
 „contenti sint, verum etiam in reliquo  
 „vitæ genere, ac tota ejus domo ca-  
 „veant, ne quid appareat, quod a sancto  
*Hist. Eccles. Tom. XLVII.* I , hoc

**Sæcul. XVI.**, „hoc instituto sit alienum, quodque non  
A.C. 1563. „simplicitatem, Dei Zelum, ac vani-  
„tatum contemptum præferat: om-  
„nino vero eis interdicit, ne ex reddit-  
„bus Ecclesiæ consanguineos, familia-  
„resve suos augere studeant: cum &  
**Can. Apost.** „Apostolorum Canones prohibeant, ne  
**39. § 75.** „res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, con-  
„sanguineis donent, sed, si pauperes  
**Council. An-** „sint. iis ut pauperibus distribuant;  
**tioch. c. 25.** „eas autem non distrahant, nec dissi-  
„pent illorum caussa, immo quam ma-  
„xime potest, eos sancta Synodus mo-  
„net, ut omnem humanum hunc erga  
„fratres, nepotes, propinquosve car-  
„nis affectum, unde multorum malo-  
„rum in Ecclesia seminarium extat, pe-  
„nitus deponant: quæ vero de Episco-  
„pis dicta sunt, eadem non solum in  
„quibusunque beneficia Ecclesiastica,  
„tam fæcularia, quam Regularia, ob-  
„tinentibus, pro gradus sui conditione  
„observari, sed & ad sanctæ Romanæ  
„Ecclesiæ Cardinales pertinere decernit:  
„quorum consilio apud Sanctissimum  
„Romanum Pontificem cum Universa-  
„lis Ecclesiæ administratio nitatur, ne  
„fas videri potest, non iis etiam virtu-  
„tum insignibus, ac vivendi disciplina  
„eos fulgere, quæ merito omnium in  
„se oculos convertant.,,

§. LXXIV.